

R. P. F.
NATALIS ALEXANDRI
ORDINIS PRÆDICATORUM
OPUSCULA

QUÆDAM INEDITA
NUNC PRIMUM E GALLICO IN LATINUM SERMONEM TRANSLATA;

QUIBUS
DOCTRINA MORALIS,
ET JESU CHRISTI
GRATIA DEFENDITUR

CONTRA
LIBELLUM, ET EPISTOLAS
CUJUSDAM ANONYMI S. J.



V E N E T I I S,

M D C C L X X.
A P U D S I M O N E M O C C H I
S U P E R I O R U M F A C U L T A T E, A C P R I V I L E G I O.



COLONIENSIS BIBLIOPOLA
AD LECTOREM.



UUM Literatorum hominum sit de Doctorum Operibus iudicium proferre, ea vero distrahere Bibliopola inersit; non ego decernam, quanti faciendi sint hujusce Collectionis Opuscula, *Declarationes præsertim, & Epistola* illius Theologi, qui P. Alexandri egit Apologiam. P. Daniel opere pretium duxit Bibliopolam suam allicere, ut ei plauderet ob decem Epistolas illas, quas contra ipsam P. Alexandrum conscripserat; & quas paulo post pluribus in locis typis consignari curavit, secum ipse reputans, fore ut consilium suum magnam ubique gloriam illis aucuparetur. At nulla me canendi laudes, sumumque venditandi cupido invadit, ut Collegam incesit meum; merces enim hæc nil venditori prodest, neque Scriptori quidquam adfert honoris. Meum potius esse arbitror in illud assurgere, quod P. Danielis Bibliopola quibusdam male fidei monumentis innoxius in suo ad Lectorem Monito, quod est veluti in Epistolas, quas edidit, Præfatio, exposuit; eique demonstrare, falsum esse penitus, P. Alexandrum initium tot illis querimoniis dedisse, quæ duobus ab hinc annis Jesuitas inter, & Dominicanos exorta fuerunt, dum ille Dogmaticam, & Moralem suam Theologiam evulgavit. Enimvero qui duas utrinque conscripserat, editasque Opusculorum Collectiones præ manibus habet, contrarium profecto sentit. Libellus enim ille, cui titulus *Difficultates Illustrissimo, ac Reverendissimo Rothomagensi Archiepiscopo proposita &c.* prior in concertatione hæc visendum se præbuit; certumque omnino est, illius Auctorem acro dente P. Alexandri Theologiam petiisse, eumque conviciis onerasse. Hujus autem Libelli Auctorem esse P. Danielem, non sine fundamento Eruditi omnes suspicari sunt; licet illum ipse improbaverit. Jesuita enim, quum falso arbitratus esset, P. Alexandrum nullos fore prætermittendum conatus suos, ut ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Harlay Parisiensi Archiepiscopo illius ad Litteras Provinciales Responso, aut Cleandri, & Eudoxi Colloquia ob ejusdem de Equivocis, & Restrictionibus Mentalibus Dissertationem supprimerentur; modum rimatus est, quo se posse ulcisci, seque voti compotem posse fieri allocinatus est, si Commentaria contra Dominicani hujus Moralem inter cuiusdam Jesuitas manus collocaret, qui & prudenter gestis, & muneribus, & fama longe, lateque enitebat. Hic autem Vir illustris, quum P. Alexandri familiaritate uteretur, eumque maxime faceret, æqui bonique dedit de Commentariis illis eum commone quodam in colloquio, quod septimo Kalendas Octobris an. 1696. cum ipso habuit: & quia ille, hujusmodi Commentaria a quodam sui Collegii Jesuita elucubrata fuisse, testatus est; P. Alexander dubitare non potuit, quin P. Daniel eorum esset Auctor: quæ quidem in opinione similitudo Difficultatum propositarum &c. quæ paulo post in lucem prodierunt, cum ipsorum Commentariorum Articulis illum confirmavit. Utram autem recte, nec ne, ille senserit, non mihi est probatum.

Ceterum tamen ut ut se istud habeat, certum profecto est, P. Danielem in sua de Equivocis, & Restrictionibus Mentalibus Dissertatione, quam ad calcem Colloquiorum Cleandri, & Eudoxi vulgari mandavit, jurgis adortum esse P. Alexandrum; sicut extra dubium pariter est, Difficultates Rothomagensi Archiepiscopo propositas ab aliquo ex Societatis Jesu Scriptoribus fuisse culas. His autem Difficultatibus Doctor quidam, qui Dominicanis familiariter utitur (si tamen ex eodem S. Dominici Ordine ille non est) Responsum dedit in parvo quodam Libro, cui titulus: *Declarationes Difficultatum &c.* Libellus vero ille, qui hæc sibi promeritus est Responsum, perpetuis scæter in sanam Moralem erroribus; uti ex ipsius Rothomagensis Pastoralis Epistola colligitur, qui ab illis damnandis abstinere nefas putavit; quamvis ex illis Gallæ Episcopis sit, qui humanitate multa, multoque honore, & non exiguis beneficiis Jesuitas dignantur. Neminem etiam latet, P. Balfier Jesuitam magnam passum esse animi perturbationem, quando in manifesto crimine deprehensus, quod Libellum illum distraheret, obstinate propositionibus illis subscribere detrectavit, quibus ut subscriberet, Rothomagensis Archiepiscopus ei indixerat, quasque ut admitteret, Societatis Superiores conabantur, ut & Archiepiscopi explerent animus, & ortum jam inde scandalum eximeretur. Quod postquam aliquandiu præitare noluerit; tandem ipsius a Rothomago, ut ita dicam, exilium, illudque dedecus, quo ab Episcopis nostratibus illum approbare, illique ecclesiastica munia demandare renuentibus afflicebatur, ad bonam frugem eum restituerunt, eoque adduxerant, ut Rothomagensi Archiepiscopo humillimam Epistolam daret, & ratione a magno illo Antistite ei præfinita propositionibus subscriberet illius libelli damnantibus, quem in Rothomagensi Diocesi distraxerat.

En igitur a quonam fonte recentis querimonie originem suam duxerint. Num Abbas, sapientisque Matronæ præpediri poterant, quin hæc de re suis in Colloquio mutuo differerent? Inusitatumne est, quod illi, quicumque demum ipsi sint, sive viri, sive feminae, hujusmodi se se immisceant disputationibus, qui ingenio, solertiaque pollent?

Epistolæ autem, quas Erudita quædam Matrona Matronæ alteri dedit, & pro quibus vadem se minime dat nec P. Alexander, nec ipsius Apologista, occasionem præbuerunt decem aliis Epistolis, quas P. Daniel publici juris fecit, ut unam illarum periodum redargueret, & reselleret. Quibus in Epistolis sicuti Dominicanorum doctrinam doctrinæ Jesuitarum de Probabilitate, & de Gratia æqualem esse, & similem demonstrare conatus est; & hoc dum agere studuit, maximam S. Thomæ Scholæ injuriam adtulit: ita Thomista quidam Theologus sex in Epistolis ad singula illius asserta responsores aptissime congestit.

Falsum vero est, posteriores harum Epistolarum duas conscripserat ab eorum Auctore fuisse, aut Excursori, ut eas ederet, traditas, postquam Regis nomine Cancellarius edicto venit PP. Danieli, & Alexandro, ne in super in se invicem verba pingerent; quum hujus edicti tempore recentis Epistolæ omnes typis jam consignatæ essent, & decima inter illas, quas Jesuita exaravit, jam tum consignaretur.

Falsum pariter est, quod Jesuitarum Bibliopola mala quorundam monumentorum fide adductus in suo ad Lectorem Monito dicere ausus est, videlicet P. Alexandrum, aut ejusdem Amicos toto Marte hujusmodi edictum expostulavisse. P. Alexander enim munus suum explevit, Regis Mandatis obtemperavit; &, ut idem faceret, suum

NATALIS ALEXANDRI
ORDINIS PREDICATORUM
OPUSCULA
QUÆ DAM ANONIMIS
ATQVE TRANSLATA
GUBUS
DOCTRINA MORALIS
ET JESU CHRISTI
GRATIA DEFENDITUR
CONTRA
LIBELLUM ET EPISTOLAS
CUIUSDAM ANONYMI S. J.
VENETIS
MDCCLXX
SUPERIORUM FACULTATE AC TRIBUNALIO

suam adhortatus est Apologiam. Si Amicis suis uti voluisset, ut intemperatam loquendi rationem P. Danielis detineret, moratule esset, donec huic Jesuita ob novem exaratas Epistolas faucibus pene lingua adhaerisset? Nonne Apologiam suo, ut juxta eorum numerum & suas ipse expleret, permisset? Sed an non potius suam sibi comprimendam esse vocem, & orationem Dominicani statuerat de decima P. Danielis Epistola, eo quod in lucem ipsa prodiret post Regis interdictionem?

Nonnullis seculis Parisi

Ceterum, ut me nuper certior fecit doctus quidam Vir, juvenes studentes, qui in Praedicatorum Collegio, quod in via S. Jacobi Lutetiae Parisiorum est, Philologiae vacant, responsum dabant decima huic Epistolae, & P. Danieli S. Thomae articulum, quem ille inconspicuo commentari aggressus est, indignabant, clarissimeque ostendunt, illum eum male intellexisse. Eo insuper S. Thomae principis utentes P. Daniele adducunt, ut de Promotione Physica recte tandem sentiant; omnesque disputationes suas abolvent huic verbis Virgili, quem quidem ille frequentius, penitusque, quam S. Augustinum, & S. Thomam, legit, & intelligit.

Nonnullis seculis Parisi

Quae profecto verba omnibus fidem adstruant, Poetam hunc, quamvis Ethnicum, voluntatum hominum ab omnipotenti voluntate, efficacique Dei motione agnovisse dependentiam.

Quod ad me attinet, Lectoribus promitto fidem illorum Opusculorum Collectionem, quae ad P. Alexandrum, atque Thomam patronizandos haecenus in quaestione hanc elucubrata sunt: videlicet Declarationes Difficultatum, Pastorem Rothomagensis Archiepiscopi Epistolam, quinque Epistolas Eruditae quaedam Matronae, lex inde alias a quodam Theologo, ut institutam a P. Daniele Jesuitica inter, & Dominicana dogmata computationem reseraret, conscriptas, & tandem Epistolam quidam Doctore Sorbonico datam de Theobis in Ludovici Jesuitarum Collegio habitis una cum Theobis illis, & quibusdam in eas referentibus notis.

Bibliopola, qui Opuscula ad Thomam defensionem conscripta ante meam hanc illorum Editionem in lucem emisit, dimidiam eorum partem abdidit; & a Jesuitis pretio corruptus ad caecum Libri exiguum quoddam Opusculum ab illis confectum addidit. Ego vero, etique Deo gratia, unde hoc a me non fiat, tam infidum me exhibere non valeo Literatis illis, qui pro sua erga me humanitate mea untror opera. Ea, quae mihi typis consignanda committunt, nullo pacto immuto; animusque meus illis, qui id agunt, ut Lectores decipiant, officia praestare mea perhorret.

PRÆFATIO.



Eruditorum Republica merito conqueretur, si Epistolas illius Theologi, qui P. Alexandri, & Thomae defensionem suscepit, in unum collectas eis non exhiberemus; postquam alii in lucem ediderunt exaratas a Jesuitis, qui P. Alexandrum, & Thomam priores laceraverunt. Harum igitur Epistolarum Collectionem publici juris factentes, addendas illis esse statuimus quosdam Eruditae Matronae Epistolas; quamvis ad eas conficiendas nullo pacto se Matronae huic Theologus ille adjuverit. Præterquamquod enim ab hisce Epistolis ad decem suas extendendas, & ad comparationem duobus Opusculis suis Jesuitica inter, & Thomistica de Probabilitate, & de Gratia dogmata instituendam P. Daniel Jesuita adductus est; hanc esse etiam Matronis nostris debetur, ut cum Theologorum Operibus in lucem prodiant Opuscula sapientis quosdam ex earum sexu, quae illorum de Probabilitate, & de Gratia disputationes conitarent. Theologus vero ille, qui R.R. PP. Jesuitarum Epistolis rescripsit, harum numerum non coequavit; Regis enim Mandatum omnibus indicium disputationes conitaret excidit. Mandatum porro istud occasione quidam Epigrammati præbuit, quod modo dictus Theologus amico suo remisit, statim ac ad aures ejus illud pervenit.

Epigrammatis hujus, quod ab ejus Auctore factum est, cum Regis Majestas Scriptoribus utrique silentium indixit, in latinam solutam orationem translatio.

Rex Alexandro ipso & major, & potior, ob cujus formidabile nomen silet in conspectu ejus Terra, post tot, tam dissimilia, tanque clara facinora, ut sileatur, jubet. Parere ei cuncti, voluntatque ipsius se se dedere debent.

Quod in Libro primo cap. 1. Machabæorum de Alexandro Magno dictum est, Regi nostro fuit accommodatum. Quamvis autem hujusmodi Opuscula, ut ejusmodi laudibus ornata exhibentur, nemo expostulet; jucundum tamen omnibus erit Epistolam prolegere Doctissimi Cardinalis & Aguirre P. Alexandro datam, quum Theologi nostri Epistole prodierunt, quas Eminentissimus Princeps P. Alexandro ipse adjudicavit. Hæc nehercule Epistola, cujus exemplar fortuito in illius manus incidit, qui huic nostræ Editioni operam suam navavit, talis profecto est, ut & P. Alexander, & Theologus Epistolarum Auctor eam probatam habeat.

NATALI ALEXANDRO

ORDINIS PRÆDICATORUM MAGISTRO.



Ocupationes cum Dignitate illa junctæ, ad quam licet immerens egressus sum, & non satis firma valeat, sapius ad te scribendi voluptate me semper defraudant.

Impedimento tamen ille non fuerunt, quominus aliquid ex tuis Operibus, & præcipue Epistolas typis hæctenus consignatas perlegerem; nuper enim præ manibus habui Responsum a Paternitate Tua exhibitum secundæ, & quartæ ex Litteris gallicæ sermone conscriptis. Equidam in utriusque illis summa animi mei voluptate comperi, quidquid tu de hisce rebus edideris, tum vero præcipue, cum argumento probas, duram Scholarum Theologos forum a se inivicem de Probabilitate sentire, quæ utique ad se officinulo o-minibus fuit. Risum autem nullo modo compescere vauis fuit. Risum autem nullo modo compescere vauis fuit. Risum autem nullo modo compescere vauis fuit. Risum autem nullo modo compescere vauis fuit. Risum autem nullo modo compescere vauis fuit.

Adm. Rev. Paternitatis Tue

Romæ 16. Kalendas Januarii 1697.

Ad Officia Paternitatis JOSEPH CARDINALIS D'AGUIRRE.

„Ridiculum est, & satis abominabile dælectus, ut temporibus nostris, vel falso insinulari Sanctam Dei Ecclesiam permissimus, vel eas Traditiones, quas antiquitus a Patribus nostris suscepimus, pro libitu semper erraticum infringi patiamur. Quapropter necesse est, ut eorum conatibus resistamus, & falsis eorum jaculis veritatis clypeum opponamus. Quod nos quidem, opitulante divina potentia, prout valeamus, agere non omittimus; nec cum opportunitas cœlitus datur, contra illos pro Ecclesia Christi tacebimus. ... Nicolaus I. Episc. LXX. ad Hiernosam Archiepiscopum, & ceteros Episcopos Gallie.

R.R. CURATIS,

Aliisque Ecclesiasticis Viris Dilectis Rothomagensis.

VENERABILES, ET DILECTISSIMI FRATRES.

Quemadmodum multi ex Vobis a me fascitari dignati sunt, quid ipse sentirem de Anonymo illo Libello, cui titulus Difficultates Illustrissimi, ac Reverendissimo Archiepiscopo Rothomagensi Epistola &c. sententiam meam paucis verbis vobis exponam; Ego itaque profecto arbitror, neminem ex Nat. Alex. Opus.

(*) S. Cyprianus.

nostris Fratibus hujusce Libelli esse Auctorem. Hic autem Libellus illis vulgo non adjudicatur, qui hujusmodi Opuscula improbant: licet principia, fyllis, & id genus alia cuiusquam Libri parentem prodant. At vero eos omnes, quibus Libellum istum Eruditi Viri acceptum referunt, tum solummodo illum rescripsisse fecimus, cum Illustrissimus, ac Reverendissimus Archiepiscopus noster illius causâ dequerebatur, & Auctoris impudentiam, ceu temerarium in suam auctoritatem ausum habeat, cumque omnes pietatis, ingenique homines, quam maxime poterant, illum depicabantur. Liber vero iste spuria soboles est, quam Brehotrotio committere ejusdem Parens consiluit; qui profecto facinorosus sui gloriosus esset, si hoc illi successisset ex sententia; soboleque suam hercule agnovisset, si ab omnibus læto vultu illa fuisset excepta. At sicuti eam omnes execrati sunt; ita ejusdem parens ipse cum ceteris aliis illi nuntium specieus remissit, eamque nunquam novisse solemni juramento testari, si ad id cogere, aunderet: hinc in occasionibus maximo subsidio esse potest Equivocorum, Restrictionumque Mentalium doctrina.

Ceterum ab hujus Opusculi Auctore perquirendo abstinere æqui bonique duco: sufficit enim, ut omnibus competum sit, illum non ex hujus Diœcesis Clero, sed ex illorum grege esse, de quibus a Jesu Christo dictum est: *Arredite a falsis Prophetis &c.* Enimvero quavis hujusmodi Auctor omnino desistat; certi tamen, & evidentes sunt illius errores; adeo ut Libello huic aptari illud possit, quod Cabillonensis Concilii Patres de quibusdam aliis hujus farinae libris dixerunt: *Libelli, quorum certi errores, incerti Auctores.* Et re quidem ipsa Opusculum hoc non nisi arrogantia genuit, & invidia æmulatio. Illius namque Auctor eo ulque impudentia pervenit, ut libros illos audeat improbare, quos Illustrissimus, ac Reverendissimus Archiepiscopus noster ex omnibus selegit, nobisque legendos commendavit. Auctoritatem, eruditionem, ac prudentiam magi hujus Antistitis nihil ille reveretur: Doctores aggregit pietate æque ac sapientia insignes, quos Illustrissimus Præsul Verbi Dei Ministros, sive Illustriores Moderatores adhibet; & suadere audeat ille omnem movere lapidem, ut præclari Viri isti tanquam suspectæ doctrinæ Doctores habeantur: convulsum dicit Episcopatum, *Contumelia Episcopatus* (1), dum Archiepiscopo nostro injurias iniert. Schisma in nobis inducere conatur, impediendo quominus Præsulis nostri vocem audiamus; quam tamen audire perpetuo debeamus, sicuti septuaginta Discipuli Christo Domino adhuc cum illis degenti, & Apostolis postgloriosam ipsius Ascensionem aures præbere solebant. Enixè consequi studet, ut si fieri potest, nec eadem sentiamus, nec eandem omnes doctrinam, easdemque profitemur sententias. Ad corrupte Moralis errorem jam ab omnibus damnatos nuntium stabilicandis animam intendit, ceu Lutheranos, & Calvinianos execrandos, qui illos reselunt, corruptamque Moralem vocando illam, quæ Sacrarum Scripturarum, Ecclesia Canonum, SS. Patrum, S. Thomæ, S. Raymundi de Penafort, S. Antonii, & S. Caroli Borromæi probatione, auctoritateque fulcitur. Dolore, & indignatione correptus, eo quod Illustrissimus, ac Reverendissimus Archiepiscopus inter recentiores libros, qui de moralibus rebus agunt, ceteris omnibus illos prætulit, qui Colloquia Lucioporti habitata, Theologiam Moralem Gratianopoli editam, Decisiones Du. à S. Beuve, summam Du. de Merbes, & Dogmaticam P. Alexandri Theologiam nobis exhibent, aggressus est fidem derogare his Operibus, quæ ut attentè legerent, suam Diœcesum Ecclesiasticis omnibus cunctis Gallie Episcopi mandant, ut percipiendum inde fructum posse præpediri. Invidia ejus æmulatio pati nequit, ut Præsulis nostri prudentia, & Charitas Clerum suum commoneat, ne hujusce ævi Casuista nisi percaute a quouam legantur, quippe qui Christianæ Moralis probata principia secuti semper non sunt, immo illi nuntium etiam remiserunt. Præcipue vero in P. Alexandri Sorbonici Doctore, & Prædicatorum

torum Ordinis Magistri Theologiam Dogmaticam, & Moralem temperati sermonis modos pratergreditur. Nonnisi nimiam severitatem Doctores huic ille objicit; permultas illius propositiones depugnat, quin illas intelligat; dixisse illum simulat, quae nunquam dicere cogitavit; illius tandem doctrinam rejicit nulla exhibendo Sacrarum Scripturarum documenta (si tamen unum S. Pauli de Episcopatus desiderio loquentis excipiamus) nulla SS. Patrum testimonia, nullum Conciliorum Canonem, nullum Summorum Pontificum Decretum, nullamque firmam, inconcussumque rationem; sed ridiculis tantum declamationibus, putidis sophismatibus, & confictis illium appetendo absurdis.

En igitur quid ego de Libello illo sentiam, cui, ut ipse responsum exhiberem, multi inter vos apud me hortatores furtivi, vobiscum animo reputantes, fore ut P. Alexander ne verbum quidem eidem reponeret rationibus illis adductis, quas nunc jurat reponere. Ego autem minime respondendum esse putans hujusmodi Libello, qui ab omnibus est contemendus, in spem adducor, Illustrissimum, ac Reverendissimum Archiepiscopum nostrum pro sua pietate, & auctoritate opiniones illas esse eversum, quas hujus Opusculi Auctor, alique ejusdem indolis Viri, sane Moralis principia evertendo, in ejus Dioecesi diffundunt; & insipientem agendi rationem illorum, qui veritati resistunt, & men-

te corrupti sunt, omnibus manifestam fore, atque in suis conatibus nihil ultra esse profecturos. Hi resistunt veritati homines corrupti mente... sed ultra non proficiunt; insipientia enim eorum manifesta erit omnibus (1). Comperitur est omnibus, atque ratum, hujus Dioecesis Ecclesiasticos praesto semper esse, ut veritati magis quam errori, doctrinae Coeli magis quam Inferrorum, & Archiepiscopo nostro magis quam Anonymo cuidam mendacia, & errores constanti adhaerescant. Extra dubium quoque est, tutiori via progressuros esse, si quaestiones morales resolversent regulis illis usque fuerint, quas Sacra Scriptura, & Ecclesia Patres tradunt, easque neglexerint, quas homines suo inani ingenio confingunt; ut appositae S. Leo Magni animal-vertit (2): *In diversarum quaestionum ambiguo responsum formas vel ex Sacrarum Scripturarum disciplina, vel ex Patrum regulis colligentes.*

Interim Venerabiles Confratres mei Dilectissimi quoniam multi ex vobis necessarium esse arbitramini, ut difficultatem, quas Auctor Anonymus in P. Alexandri Theologiam proposuit, declarationem aliquam elucidare aggrediar, ad iudicium vestrum ego descendendo, vestrumque desiderium expleo; interim tamen dum, ab hoc Doctore, si id ipse opportunum ducit, amplius, accuratiusque exhiberi nobis responsum, expectamus.

(1) Epist. 2. ad Timoth. cap. 3. v. 8. & 9. (2) Epist. 135. alias 37.

NOI RIFORMATORI dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. Filippo Rosa Lanzì Inquisitore del Sant'Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Collectio pluri-um Opusculorum pro tuenda Morali, & Gratia Jesu Christi Tomi 1.* non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo licenza a Simone Occhi Stampatore di Venezia, che possa essere stampato, osservando gli ordini, in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 7. Giugno 1770.

(Angelo Contarini Proc. Rif.

(Andrea Tron Cav. Rif.

(Sebastian Foscarini Cav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 38. al Num. 295.

Davidde Marchesini Seg.

Li 12. Giugno 1770.

Registrato al Magistrato contro la Bestemmia in Libro a Carte 21.

Andrea Grattarol Seg.

ELU.



ELUCIDATIONES

NONNULLARUM PRÆTENSARUM DIFFICULTATUM

CIRCA

MORALEM JESU CHRISTI.

CAPUT PRIMUM.

De dispositione necessaria ad recipiendam Tonsuram, & amplectendum Statum Ecclesiasticum.



TSI Tonsura non sit Sacramentum, sed simplex ceremonia, nihilominus eam non suscipere indigne res est gravissimi momenti tum pro bono Ecclesiae, tum pro salute eorum, qui se Deo devoverunt per electionem Status Ecclesiastici. (1) „ Est prima „ Sanctuarii janua, viam aperit ad

„ Sacros Ordines, jus confert ad Beneficia, & plerumque extorquet de manibus Praesulum Ordinationem, & directionem Animarum pro indignis qui cum initio caute celavimus pravas suas habitudines & dispositiones, postmodum se aperte produnt cum gravi dedecore sui characteris, & cum damno animarum, quae eorum cura commissa fuerunt. „ Hac pra oculis habuit P. Alexander, quando hanc tradidit regulam: *In moralis peccati reatum incurrat, qui Tonsuram Clericalem indigne suscipit* (2) Auctor Anonymus subdit: *videlicet in statu gratiae, ut P. Alexander postea explicat.*

Falsum profecto, P. Alexandrum id dixisse. Dicit solummodo, eum, qui se Dei servitio devoverit solemniter, & publica Professione, Tonsuram recipiendo, injuriam Deo irrogare & contumeliam Ordini Clericali, si imponentis Tonsurae iniatur. *Quomobrem & injuriosus est in Deum, & Clericali Ordini contumeliosus, qui imponentis Clericorum catalogo inscribi se procurat, & Deo se in isto Ordine ministraturum devoverit.* Summa ignorantia labore necesse est, qui inter hac duo non distinguit, videlicet non esse in statu gratiae, & non esse in statu poenitentiae. Verum etiam P. Alexander expressè dixisset, lethale piaculum esse, recipere Tonsuram extra statum gratiae; tamen hac propositio non esset reprehensione digna. (3) Anonymus exigit aliquam Scripturarum auctoritatem, aut evidens rationis momentum, inane auctoritati SS. Patrum: sed hujusce generis est doctrina hoc loco tradita a P. Alexandro. Si quidem qui statum vitae eligit, debet ad Deum se convertere, eumque statum eligere tanquam suum omnium suarum actionum quas peragere debet, ut suscepti status officii rite fungatur; praefertim quando eum vitae statum eligit, in quo incumbere debet non solum propriae, sed alienae etiam sanctificationi ac perfectioni.

Talis porro est status Ecclesiasticus. Qui Tonsuram recipit, publice ac solemniter coram Ecclesia protestatur, Deum esse partem suae hereditatis: (4) *Dominus pars hereditatis meae.* Debet igitur se in eo statu constituisse, ut valeat & Dominum possidere, & a Domino Nat. Alex. Opusc.

possideri: *Talem se exhibere debet* (inquit S. Hieronymus) (5) *ut & ipse possidatur a Domino.* Poenitiae id praedicari de illo, qui versatur in peccato mortali, & nullo poenitentiae stimulo percellitur? Nonne mentitur Spiritus Sanctus, qui publice proficitur adhaerere se Deo, dum diabolo adhaeret? Quanam societas luci ad tenebras? quanam participatio iustitiae cum iniquitate? Quanam conventio Christi ad Belial? Quinam consensus templo Dei cum idolis? *Nemo militans Deo* (6) *implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Debet igitur a fortiori nuntium remittere peccato lethali. Episcopus ei incidit extremitates capillorum, ut hac ceremonia deprehendat, teneri se amputare passiones suas, dum amplectitur statum Ecclesiasticum. Capillos incidit in Coronae formam, ut obligationem suam cognoscat, vi cuius debet imitari Christum (7) spinis pro nostra salute coronatum. Deinde ei imponit superpelliceum, ut significet obligationem Clericorum, exuendi scilicet veterem hominem cum actibus suis, & induendi hominem novum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. *Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.*

Poenitiae Christum Dominum induere qui manet in statu peccati mortalis, & cum affectu ad illud? Episcopus Deum orat pro Clericis recens ordinatis, ut eis donet suum Sanctum Spiritum: *Ut donet eis Spiritum Sanctum, qui habitum Religionis in eis in perpetuum conservet, & a mundi impedimento, ac seculari desiderio corda eorum defendat.* Qui est in statu lethalis culpa, & nullum poenitentiae affectum perferit, esse paratus ad recipiendum Spiritum Sanctum? Nonne resistit suis inspirationibus? Nonne proprium cor eidem occultat? Tandem ritus omnes ac caeremoniae Ecclesiae in Ordinatione Clericorum significant, debere esse absque crimine, & perfectos in virtute, ut inquit D. Thomas: (8) *Perfecti in virtute esse debent: non debere recedere a sancto Altaris Ministerio, sed semper inferre Deo, ut ait S. Cyprianus: (9) Qui in Ecclesia Domini Ordinatione Clericali promoventur, ab Altari & Sacrificio non recedant, sed die ac nocte caelestibus & spiritualibus inserviant.*

Anonymus Auctor poenitiae iure asserere, (10) opinionem P. Alexandri esse minus probabilem, & non solum nullo inani solido fundamento, sed e contra adversari principis apud omnes receptissimae. Quanam fronte dicere ille poterit, eius opinionem esse unius viri opinionem, quam non possumus sequi quin damnemus quotquot unquam fuerint in terris Doctores? Habetne pro nihilo Ecclesiam Carnotensem, quae in Synodo an. 1526. monet eos, qui promoventi sunt ad Tonsuram, ut antea omni adhibita diligentia constentur peccata sua? Habetne pro nihilo celeberrimum Do-

(1) Editum Illustris. Archiepiscopi Parisiensis, 1. Olib. 1696. (2) Tom. 5. c. 3. art. 14. Reg. 21. pag. 768. (3) P. 1. proposit. 1. (4) Psal. 15. (5) Epist. 2. (6) 2. Tim. (7) Pontif. Rom. (8) In sentent. distict. 24. q. 3. artic. 1. quest. 1. (9) S. Cyprian. Epist. 66. (10) Pag. 2.

Doctores Marianum Navarrum, qui in suo Tractatu de Oratione & Horis Canonicis sic loquitur: (1) Con- plicibus, qui prima tonsura, & quatuor Minoribus ini- z tianitur, sicuti fert ipse Ordinationis die frangere cru- ra, quam prima tonsura, aut quatuor Minoribus ordi- nari. Tum quod nulla previa Confessione aut vera Con- tritione ordinatur in statu peccati mortalis, & conse- quenter mortaliter peccat. . . . Tum quod non se ordi- nent ad finem debitum &c. Habetur pro nihilo parcele- brem Dom. Hallier Doctorem ac Professore Sorboni- cum, in suo libro de Ordinationibus Sacris, (1) Cle- ro Gallicano dicitur, & approbatur a tribus Sorbo- nicis Doctoribus, qui illum appellant Viaticum saluti- in quo formaliter & expresse docet, eum, qui indi- gne recipit Tonsuram, peccare lethaliter, injuriam Deo irrogare, qui est principium ac caput Hierar- chie, se devotendo ejus sancto servitio absque vera conversione, & absque eo quod ad eum se conver- tat tamquam ad finem omnium Ecclesiasticorum mu- nium seu officiorum: insuper contumeliam irrogare Ordinari Clericali, cuius scopus est ei qui eum sta- tum amplectitur in peccato mortali, & ductore in- dignus ut ad Deum perveniat: tandem inquitur Cle- ricalem Tonsuram, quantum in se est illius signifi- cationem delere, cum non veratur eam recipere dum adhuc inquinatus est mundanis foribus, & cum obi- cem ponit contemplationis rerum divinarum, ac mi- nistris & officiis Ecclesiasticis. "Anonymus pro ni- hilo reputat Edictum Illustris. Harlowia de Persepe, Archiepiscopi Parisiensis, sub die 16. Maii 1664. circa dispositiones proximas ad Tonsuram, item promulgatam, ac confirmatam ab Illustris. de Noailles Archiepiscopo ejusdem Ecclesie hinc verbis: Qui pro re- cipienda Tonsura accedit, debet rectam gerere intensionem, illam recipiendo per vocationem & inspirationem divinam, & non in parentibus suam gerat, vel ut sa- cularem vitam evitet, vel ob causam aliquam huma- nam. Octo infra octiduo diebus scriptum parabit ad san- ctam hanc ceremoniam frequentioribus precibus, frequen- tia Sacramenti Penance, exercitio alicujus boni ope- ris, ut obtineat a Deo sue intentionis benedictionem, & gratias necessarias. Tandem, utrum singularis sit opi- nio P. Alexandri, & minus probabilis, & nullo nixa solido fundamento, cordatus quisque judicare potest ex Edicto Illustris. Ludovici Antonii de Noailles Archie- piscopi Parisiensis, 11. Octobris 1666. Nequit nimia esse, inquit ille, diligentia, que impenditur in examine eorum, qui ad statum Ecclesiasticum admittuntur. Agitur de Gloria Dei, de Ecclesie honore, de bono animarum, de salute temporalium ac aeterna familiarum. Dicitur gravior injuria Deo irrogari potest, quam profiteri Deum esse propriam hereditatem, & non inquirere nisi bona temporalia? Quod Ecclesie magis indecorum, quam Mi- nistris habere, qui pro edificatione scandalum praebent, & qui se contemptibiles reddentes, contemptum etiam ex- ponunt proprium ministerium? Nostrium est pecca- vere hanc mala, & eis prohibere ingredi locum Sanctum, qui non nisi profanare eum valent.

(1) Cap. 7. num. 15. (2) Tit. de prepar. & disposit. Ordinan. sect. 4. c. 3. p. 282. (3) Pag. 3. (4) Apolog. ad Guillelm. Abbat. cap. 1. (5) Cap. Piscalis, dist. 15. (6) Hebreaor. 7. (7) Tract. de Conversione ad Clericos, c. 19. p. 4. (8) Psalm. 34. (9) Epistol. 2. (10) Concil. Trid. sess. 23. c. 4. de Ref. Burgal. an. 1583. cap. 14. Mediol. IV. Canonem antiqui contra Clericos apostatas. Navar. de Orat. & Horis Canon. c. 7. n. 15.

ra fideliter non esse impleturus; eos tandem, qui indi- gni sunt, ob morum corruptionem, & qui non sunt saltem in statu poenitentiae, nisi adeo felices fuerint, ut Baptismi innocentia adhuc sit praediti. Illustrissimus Archiepiscopus judicium feret de hac propositione Doctoris Anonymi. Equae necessarium est esse in statu gratiae pro recipien- da Tonsura, & pro amplectendo statu Ecclesiastico, ac pro suscipiendo officio Consilarii, Medici, Militis.

CAPUT III.

Ludi aleatorii Clericis praesertim vetiti.

Udi aleatorii absolute condemnantur a Sanctis Eccle- sia Patribus, a Sacris Canonibus, a Legibus Ci- vilibus, ab Haereticis, & ab ipis etiam Ethnicis. Quia vero Clericorum vitia esse debet purior, & ceteris exem- plo praelucere, hinc Ecclesia memoratos ludos ipsis in- terdidit sub gravissimo poenis. Hinc est, quod hoc principium per oculos habens P. Alexander, de vita & honestate Clericorum disserens, hanc regulam tradi- dit.

Taxillis, tessis, sive ebaris, alisque ludis aleato- riis ludere, Clerici absque gravi crimine non possunt, nec ludentes spectare. (1) Anonymus Auditor asserit, nolle se suo cal- culo approbare licentiam a P. Alexandro damnatam, cum & ipsi periculum sit, malum hoc remedio in- digere: (2) condecit & ipse, veteres Canones sub gravissimis poenis prohibuisse Clericis ac Laicis fre- quenter accedere ad loca hujusmodi ludis assignata. Contentidit autem, hujusmodi Canones nunc temporis vim legis non habere, & proinde nullam posse de- cisionem statuere pro nostris hujus temporis.

Si Anonymus Auditor renuit approbare licentiam a P. Alexandro damnatam, quam et illius intentio dum acriter insurgit contra morum regulas a laudato Doctore hac super re traditas? Non aliud sane reme- dium asserit potest huic malo, quam Canonum obser- vantiam promovendo, nec non poenas, in iure latas con- tra Clericos qui ludunt, aut ludentes spectant, execu- ti mandando. Decisio P. Alexandri innititur praecipue Canonum sexti Concilii General. Lateranensis (4) sub Innocentio III. & auctoritatis Concilii Tridentini sess. 22. cap. 1. de Reform. Confirmatur insuper auctoritate Concilii I. Mediolanensis sub S. Carolo Borromeo, nec non Novella Imperatoris Justiniani acceptata jam & approbata ab Ecclesia, auctoritate duorum Conciliorum Coloniae celebratorum circa an. 1280. & 1310. auctori- tate Concilii Heraclensis (5) an. 1279. Concilii Salin- burgensis (6) an. 1420. Concilii Senonensis an. 1528. Concilii Narbonensis an. 1531. Concilii Aquilonensis (9) an. 1585. Concilii Mechliniensis (10) an. 1607. Statutorum Synodaliurn Petri de Colmieu Archiepiscopi Rothomagensis an. 1245. Stephani Poncle- rii (11) Episcopi Parisiensis circa an. 1512. Joannis Episcopi Aurelianensis an. 1525. & 1528. Valentini Episcopi Hildensensis an. 1539. Statutorum Synodaliurn Jesuviorum an. 1547. Constitutionum Synodaliurn Ecclesie Cameracensis an. 1550. & Diocesis Aurelianensis an. 1587. & Diocesis Maclovipolenis an. 1618. Omnia huc Concilia, omnesque recentis Synodi vetant Clericos non solum ludum aleatorium, sed etiam lu- dentes spectare. Tandem hac decisio confirmatur etiam auctoritate S. Raymundi de Rochefort.

Postea ab eorum pronuntiarum, non esse grave pec- catum violare Canones exaratos auctoritate & astatu Spiritus Sancti, & consecratos veneratione totius mun- di Catholici? Potestne pronuntiarum absque temeritate, Canones duorum Conciliorum Generalium, renovatos in aliis populum innumeris Conciliis Provincialibus & Synodis, non habere nunc temporis vim legis? & non possit tamen nostris hujus temporis constituitur decisionem? Nonne est agere contra Concilium Triden- tinum, quod declarat, teneri omnes indistincte fideles observare Canones? (12) Sicut universi sacratissimos Canones exacte ab omibus, & quoad fieri poterit, indistincte observandos. Equis inficiari potest, non esse grave peccatum, violare leges ac mandata Ecclesie, quam audite debemus, ut praecipit Christus Do- minus, & cui tenemur obtemperare tamquam matri?

Nat. Alex. Opus.

(1) T. 5. c. 5. Reg. 4. p. 651. (2) P. 5. art. 2. (3) P. 7. ibid. (4) Cap. Clerici, extra de vita & honestate Clericorum. (5) Cap. 8. (6) Decret. Morum. (7) In Decret. Morum, cap. 25. (8) Can. 18. (9) Tit. 17. (10) Tit. 18. cap. 9. (11) In Synodico Eccles. Par. pag. 80. (12) De Reform. Sess. 25. cap. 18. (13) Galut. 5. 21. (14) 2. 2. quest. 60. art. 4. ad 3. (15) Propositiones Aucleris Anonymi p. 8. l. 22. p. 7. l. 11.

Falsum est, P. Alexandrum restringere ad solos Cle- ricos excommunicationem generaliter latam contra om- nes qui aleatoris ludis operam dant ex habitu & con- suetudine, & qui ludere adhuc pergunt postquam a suis Superioribus admoniti fuerunt, quemadmodum expli- cat S. Raymundus: Docet autem, Clericos gravius pec- catum perpetrare, & graviorem, quam Laicos, poenam mereri quando sic ludunt. Praefatus Doctor non asserit esse semper peccatum mortale videre alios ludentes, sed asserit solummodo esse grave peccatum: Absque gravi crimine non possunt. Utrum ad hoc aliqua sit mor- talis aut venialis culpa, non est semper eruendum ex generali regula, sed pendendum sunt circumstantiae quae aggravant vel minuunt malitiam actum humano- rum. Apostolus recitet (1) contentiones, emulationes, disputationes inter crimina, quae impediunt acquisitionem regni caelestis: nihilominus aliqua sunt contentiones, & emulationes levissima, quae charitatem non extingunt: iudicium ferendum est perpensis prius circum- stantiis. Dicine potest Apostolum ira successum asper- rioribus verbis scripsisse: minime gentium; impium si- quidem foret id asserere. Grave peccatum est in Cle- rico, non solum ludere, sed etiam alios ludentes spec- tare, inquit P. Alexander: hac est regula generalis, quam deprompsit ex Sacris Canonibus: hoc autem non impedit, quo minus in aliqua peculiari circumstantia sit peccatum solummodo veniale: perpensi siquidem de- bent circumstantiae ante omne iudicium. Regula lau- datu Doctorem eos solummodo asserit, qui delibata vo- luntate ea loca aduent, in quibus aleatorii ludi fre- quenter aguntur, & ibidem libenter morantur, & par- tes ludentium suscipiunt, illaque celebrant ac laudibus palant, & animi oblectamentum in eis in actionibus ponunt, in quibus Deus offenditur, & sua praesentia auctoritatem quodammodo conciliant hujusmodi ludis. Clericus autem, qui casu alicui aleatorio loco inter- est, quia vel alicujus negotii causa ea loca adire debuit, vel causa urbanitatis; & statim negotio expleto, vel postquam suae obligationi fecit satis, exinde recedit; is profecto, proprie loquendo, dici nequit quod luden- tes spectet: si autem suam illo in loco moram protra- hat, si ludentibus accedat, & libenter ludum contem- pletur, & de industria etiam ipsorum ludentium iudicium ferat, is violat sacros Canones, & Ecclesiasticas Leges, se praebet aliis scandalum, & inquinat hac profanatione oculos suos jam sanctificatos intuitu Miltre- rium.

Sicuti ebrietas & crapula crimina sunt in Clericis longe graviora quam in Laicis, hinc Ecclesia eis vetat cauponas, ut ab hujusmodi vitis arceat. Plures Episcopi iis prohibent in cauponis bibere sub poena ipso facto incurrenda. Clericus cauponam ingreditur, ab amico invitatus, immoderate bibit, nullum scandalum praebet, constat enim non esse intemperantem ex habi- tu, sed sobrius: hac omnia non impediunt quominus incurrat suspensionem, & lethaliter peccet, violando Ecclesie legem, & Episcopi sui praecceptum. Dicine potest absque errore & temeritate hujusmodi prohibitions modum excedere? Dicine rationabiliter potest P. Alex- andrum modum excessisse, quando docuit, Clericos, qui ludunt aleatoris ludis, vel ludentes spectant, gravius peccare; cum hac doctrina conformis apprime sit Sacris Canonibus, & confirmetur auctoritate S. Ray- mundi? Tandem severitas in praxi circa hanc materiam aliaque hujusmodi generis, est firmitas, quae a prudentia & pietate dirigitur. Conformis hae huc regula S. Thomae: (14) Cum debemus aliquibus malis adhibere remedium, sive nostris, sive alienis, expedit ad hoc ut securius remedium apponatur, quod supponatur id quod deterius: quia remedium quod est efficacius contra minus malum, multo magis est efficacius contra minus.

(15) Ceterum Illustrissimus Archiepiscopus iudicet utrum nec ne censuram mereantur hae propositiones A- nonymi Auditoris. Nulla tamen decisio fundari possit his- se temporibus supra Sacros Canones, qui Clericos ve- tent ludere aleatorii ludis, aut ludentes spectare. Ca- nones isti non habent in praesentiarum vim legis.

CAPUT III.

De Simonia & illicitis medijs ad obtinenda beneficia.

Regule quas tradit P. Alexander (1) circa beneficia, benigna non sunt; hinc nec Anonymo, nec ceteris laxioribus Casuistis arident, quia recta petunt cupiditatem, quam corrupta Moralis solet viriliter tueri. Anonymus Auctor acriter insurgit contra sequentem regulam.

Simonia reus est qui preces pro indigno ad obtinendum illi Ecclesiasticum Beneficium interpositas exaudit: vel qui preces pro digno quidem factas, sed tamen favoris humani, non meritorum rationem habet; vel qui pro seipso rogat & obtinet curam animarum. Regula ista innititur auctoritati ac rationum momentis que profertur S. Thomae, & S. Raymundus; quod sane satis superque est ut irreprehensibilis evadat. Difficultates, quas Anonymus proponit contra sanam hanc Doctrinam, & animadversiones quas exinde adjungit, nostram attentionem nequaquam promerentur.

(2) Pinguis Abbatia, inquit ille, ambitionem & cupiditatem magis allicit, quam Parocia quinquaginta aureorum. Quoniam igitur pacto erit lethale crimen in materia ambitionis, nec non Simonia preces interponere ad obtinendam hanc Parociam profertur, & simonia non erit nec mortale peccatum propter interponere ad obtinendam Abbatiam aureorum quinque millia? Præterea, si Beneficia simplicia aequè sunt materia Simoniae, ac Parocia & Episcopatus, cur possumus absque simonia simplex Beneficium petere; non possumus autem tum Parociam tum Episcopatus petere, ut expresse docet P. Alexander?

Laudatus Doctor nec approbat, nec excusat preces & officia ex avaritia aut ambitione interposita ad obtinenda Beneficia cuiusque sint natura, sive simplicia, sive cum animarum cura. Nihilominus quia hæc posteriora peculiarem requirunt vocationem, & conferri debent dignioribus, juxta Sacros Canones & Doctrinam SS. Patrum, Angelici Doctoris, & celebriorum Theologorum, gravius peccatum est ea pro se petere. Summa præsumptionis re eum prodit, qui sibi metipso persuadet, se ceteris esse digniorem, & in summo gradu prædium esse omnibus requisitis qualitatibus, quarum præcipua est caritas. Ergo indignus est qui ea Beneficia pro se petit; & ea peti pro indigno, quia caret vera vocatione, & non intrat in ovile per ostium, scilicet per Jesum Christum, sed allunde intrat, tanquam fur & latro. Regula autem, que approbat petitionem simpliciter Beneficij pro se, non respicit pauperes Clericos, qui cum filiditer obtinent munera proprii status, possunt ad sublevandam inopiam suam simplex Beneficium petere. Qui pro se (3) Beneficium Ecclesiasticum sine cura animarum petit ad inopiam suam sublevandam, non est reus ambitus. Hæc exceptio (4) est S. Thomae, S. Raymundi, omniumque qui Commentarios ediderunt in Angelicum Doctorem.

(5) Anonymus opponit, "Simoniam esse emptio-nem spiritualis rei pro re temporalis. Id autem non habetur, inquit, si interponatur mera preces: deprehendit igitur nequit, quomodo intervenire possit peccatum simoniae in petitione Parociae aut Episcopatus. Insuper dicit nequit simonia, si ratio habeatur amici qui suas preces interposuit, dummodo nullum intervenerit pactum nec formale nec tacitum, sed sola preces intercesserint porrectæ & exaudita solius favoris gratia, & titulo amicitiae ac dilectionis."

Anonymus suam ignorantiam hoc loco apertissime manifestat, cum dicit, nullam adesse simoniam si sola preces interveniant. Probe scire deberet, antequam quidquam conficeret in materia morum, triplex esse munus, quod impedit gratis dare spiritualia, & per consequens inducit simoniae crimen in dante & accipiente intuitu Ecclesiasticij Beneficij. Munus a lingua consistit in laudibus humanis, intercessionibus, commendatione apud alium. Munus ab obsequio comprehendit quodvis obsequium in temporalibus præstitum vel præstandum, pro obtinenda re spirituali.

(6) Munus a manu, munus a lingua, munus ab obsequio.

(7) Divisio est hæc non est confecta ad arbitrium, sed in Sacris Canonibus fundatur, eamque tradunt SS.

(1) Tom. 6. c. 7. Reg. 22. p. 26. (2) P. 9. & 10. (3) Tom. 6. c. 7. (4) Reg. 7. p. 442. (5) P. 10. & 11. (6) Vide P. Alexandrum Tom. 6. c. 7. (7) Artic. 3. pag. 161. 162. 163. & 164. (8) Regul. 4. p. 252. (9) Propositiones Anonymi Auctoris, p. 10. l. a. p. 10. l. 32. (10) Tom. 7. Reg. 6. p. 540.

Letatis ambitionis reus est, qui Episcopatum, aut aliud quodvis Ecclesiasticum Beneficium curam animarum habens, aut Monasticam præfectorum pro se postulat.

(1) Letatis ambitionis reus sunt Concionatores, qui majorum & nobiliorum Ecclesiarum pulpita suis ausimicorum precibus obtinere nituntur, aut revera obtinent eo sine, ut nominis claritatem consequantur, atque ad Episcopatum, aliaque Ecclesiastica Beneficia promovantur.

Harum Regularum prima ex Sacris Litteris desumpta est. Nec quisquam, inquit Apostolus (2) sinit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sic Christus Dominus non semetipsum glorificavit ut esset Pontifex, sed eum Pater glorificavit. Regula hæc confirmatur auctoritate SS. Patrum; præsertim S. Cypriani, S. Hieronymi, S. Gregorii Magni, S. Bernardi, S. Thomae & primi Concilii Mediolanensis sub S. Carolo Borromeo. Tandem fulcitur Legibus Imperatorum. Regula secunda innititur & ipsa verbo Descripto, & confirmatur a S. Gregorio Magno, & a S. Carolo Borromeo in suis Instructionibus. Isti sunt profecto Casuistæ quorum auctoritate sua Decisiones roborat P. Alexander: que sane nonnulli solidae esse possunt cum tam validis innituntur fundamentis.

Audiamus modo gravissimas Anonymi difficultates. Si ambitionis peccatum est, inquit ille (3) & peccatum mortale, petere Episcopatum aut Beneficium habens Curam animarum, ergo nos decipit Apostolus cum dixit: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; nam absque superbia desiderari id nequit, quod nequit peti absque superbia; & si superbia que in illius petitione intercedit, est peccatum mortale, erit æque peccatum mortale superbia que intervenit in illius desiderio.

Anonymus abuteri verbis Apostoli, peccat contra Regulam a Tridentino traditam pro rehta intelligentia & explicatione Sacra Scriptura. Vetat laudatum Concilium Sacram Scripturam contorque ad sensum illi contrarium, quem tenet, & semper tenuit Ecclesia, cuius est judicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum Sanctarum, & vetat insuper eam interpretari contra unanimem consensum Patrum. Verum ne unus quidem ex SS. Patribus interpretatus est verba Apostoli in sensu Anonymi. Siquidem non permittit Apostolus desiderare in Episcopatu dignitatem, honorem, divitias, sed solummodo labores, cruce, persecutiones, martirium. Qui sic Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Legat Anonymus quam allat textus: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, perhibet nobis interpretationem SS. Joannes Chrysolomus, (4) S. Hieronymus, (5) S. Augustinus, (6) & S. Gregorius Magnus, (7) & statim perspicit, Patres istos nullo profuso pacto approbare humanum favorem & preces interpositas ad obtinendum Episcopatum. Verum etiam desiderate liceret Episcopatum eo pacto, quo loquitur S. Paulus, & interpretantes SS. Patres, qui sane modus rarior est ac difficilior ipsa fuga, tamen nequaquam peti posset; siquidem ad Electores vel ad Reges pertinet ad hæc Dignitates nominare; isti autem interpositis precibus exorari nequeunt absque ambitione & peccato. Ceterum cum impossibile sit, Summis Pontifices, Capitula Ecclesiarum vacantium, vel Reges, quorum nominatione succedit electio, cor hominum intuitu, & fecerunt eos qui Episcopatum solo animarum zelo petunt ab aliis, hinc tenentur omnes repellere. Ideoque verum semper est, quod etiam Episcopatus desiderari possit meritorio, postquam deus ad illud fastidiosus nos vocet ad Ecclesie utilitatem & salutem animarum; tamen illius petio non potest esse nisi culpabilis; quia vocatio divina nobis non innotescit nisi per electionem, aut nominationem Canonicam nullo pacto quæsitam, & signum manifestum quod aliquis non sit vocatus, illud est, quod scilicet eam dignitatem precibus aut amicorum favore obtinere fatagat. Deus, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, dabitne gratias necessarias ad redum Ecclesie regimen iis, qui dignitates & honores nimio ardore prosequuntur? Is, qui se abscondit, quando turba cogitaverunt eum facere Regem; & duobus discipulis primas fides in Regno suo petentibus, respondit: Nescitis quid petatis. (8)

Si peccatum mortale est, inquit Anonymus, (9) nobiliorum Ecclesiarum pulpita suis aut amicorum precibus sibi procurare, eo sine, ut nominis claritate & merito perveniant ad Episcopatum, jam nunquam licet desiderare Episcopatum; nam efficaciter

desiderare Episcopatum nihil aliud est, quam media eligere que ad hanc dignitatem perducunt, & quidem intuitu illic perveniendi. Sola autem legitima via, que ad Episcopatum perducit, in nominis claritate ac merito posita est.

Estne Christianus qui sic ratiocinatur? Nonne est potius discipulus illorum Philosophorum Ethnicorum, quos Tertullianus appellat Animalia gloria? Nominis claritas est sola via legitima perveniendi ad Episcopatum; minime vero caritas, humilitas, zelus divina gloria, & servitii Ecclesie, si audiamus Anonymum. Concionator, qui nititur propriis aut amicorum precibus obtinere nobiliorum Ecclesiarum pulpita, ut hac via perveniat ad Episcopatum, hoc ipso indignus est sacro Ministerio quo fungitur. Nonne se indignum præbet, qui non prædicat Jesum Christum Crucifixum? Qui gloriam quaerit extra Crucem, & non quaerit nec desiderat gloriam gloriam divini nominis, & salutem animarum, quam Christus acquisivit sanguine suo? Salvator noster tempore suæ prædicationis non quaerit gloriam suam, sed solam gloriam Patris sui. Non quaero gloriam meam, inquit illi; (10) est qui quaerit, & judicat. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me, quoniam vos dicitis quia Deus bester etc. Concionatores, qui pulpita nobiliorum Ecclesiarum ambiunt, ut nominis celebritatem acquirant, & sic perveniant ad Episcopatum, sequuntur exempla Jesu Christi & Apostolorum qui, quorum exerceret ministerio? Summe Operarii Evangelicij? Nonne sunt potius Operarii iniquitatis? quibus Christus dicit in die judicii: Recedite a me, nescio vos. Mercedem vestram receperitis in mundo. Ministerio Evangelico abuti voluistis; non propter me prædicastis, sed ut nomen vestrum celebraretur, & Episcopatum vel alia Beneficia exinde obtineretis. Habuistis quod optabatis; nullam habeo pro vobis mercedem; nam prædicatio est opus, quod tum sanctitatem, tum excellentiam, tum dignitatem, tum merito superat elemosynam corporalem, si Concionator munus suum obcat recta intentione, & in charitate, Christi. Si igitur dici nequit, licitum esse elemosynam largiri ad nominis celebritatem acquirendam, & ad obtinendum hac via Episcopatum, vel aliud Ecclesiasticum Beneficium, quis audebit asserere, licitum esse concionari ad acquirendam nominis claritatem, & exinde etiam Episcopatum? Doctrina ista nonne e diametro opponitur doctrinis Christi? Nonne recta tendunt ad evertendum Evangelium? (11) Intentio Ecclesiasticij Scriptoris æque recta esse debet, ac cupiditate lucris, eodemque pacto alienus esse debet a cupiditate lucris temporalis; debet via virtute contentus esse, & laudabilem pauperitatem anteponeere dignitatibus, honoribus, opibus. Si Deus cum vocat ad sublimiorem gradum ob Ecclesie servitium, potest oblatam dignitatem acceptare, sed non debet eam quaerere. Debet veritatem illustrare ac tueri; debet errorem ac morum relaxationem infestari; debet edificare corpus Christi suis Luebrationibus, præ oculis habent solam Dei gloriam, & utilitatem Ecclesie suæ. Hoc spiritu debebantur SS. Patres, nec non D. Thomas; cum tot præclara Opera exararunt, non aliam mercedem, nisi ipsum Deum concupierunt vel petierunt.

Quærit Anonymus. Posito quod petere pro se Episcopatum, vel Beneficium habens animarum curam sit peccatum mortale; quia conscientia possunt Reges & Episcopi aures præbere humilissimis petitionibus, supplices libellus acceptare, & Ministros designare, qui petentes audiunt? Quia conscientia possunt Praefules penes se Clericos detinere, quos certo sciunt ideo ibidem morari, quia aliquid Beneficium sperant, plerumque cum Cura animarum? Hæc quæstio illi similis est, quam Pharisei proposuerunt Christo, ut eum caperent in sermone: injuriosa est Regi, ejusque Ministris, nec non Episcopis. Non sane non credimus Audientias ideo præberi, ut petitiones audiantur, & tradantur supplices libelli eorum, qui pro se ipsis ambiunt & exquirunt, Episcopatum aut aliud Beneficium, cui annexa sit animarum cura. Rex adeo sapiens & pius est, illiusque Consilium Conscientie satis superque callet regulas Ecclesie, ut valeat inde viriliter obistere precibus, favoribus humanis, ac ambitioni illorum, qui Episcopatus quaerunt aut Parocias. Nemini dubium esse potest, quin Christianissimus Rex approbet, præclarissimam Legem Imperatorum Leonis & Anthemii, qua legitur in Codice Justiniani.

(1) Reg. 9. p. 544. (2) Heb. 4. 5. (3) Sess. 4. (4) S. Chrysol. l. 3. de Sacerdotio c. 10. (5) S. Hieron. ep. 83. ad Oceanum, & in c. 3. Sophon. (6) S. Aug. l. 10. de Civit. Dei c. 29. (7) S. Gregor. Mag. Pastor. p. 1. c. 8. Vide P. Alexandrum Tom. 7. p. 523. 524. 525. (8) Matth. 20. (9) p. 13. (10) Joan. 8. 50. 54. (11) Horat. ... mea me virtute invidio. Probatque pauperem sine dote quaero.

CAPUT IV.

De Ambitione.

SI Anonymo fides, (10) Ambitio delenda erit e censu lethaliu peccatorum, quoniam juxta ipsum licet appetere primas Ecclesie Dignitates, preces interponere amicorum pro obtinendo Episcopatu, & postulare pro se quodcumque Beneficium habens curam animarum. P. Alexander longe distat ab hac opinione, quam aperte impugnat duabus sequentibus Regulis.

La

